



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 157. Alia ejusdem Papæ ad omnes fideles contra Amadæum Antipapam

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

prima Martii. In ea Regem de electio- Sæcul. XV.  
ne sua certiorem factum hortatur, ut so- A. C. 1447.  
lemnes in Regno suo supplicationes fieri ju-  
beret, simulque precibus omnium fidelium Conc. gener.  
Altissimo supplicaretur, ut ipsi gratia sua Labbei tom.  
assiat, & dirigat adus ejus, ut possit con- 13. p. 1321.  
digne regere Ecclesiam, & ea agere, quæ  
spectant ad salutem fidelium, extirpationem  
hæresis, pacem populi Christiani, & infide-  
lium oppressionem, Pollicetur ex parte  
sua, reducere Cameram Apostolicam ad an-  
tiquos, & laudabiles mores, ac omnia agere,  
quæ spectant ad honorem, & statum Regis,  
& Regni, & complacentiam votorum suorum.

### §. CLVII.

*Alia ejusdem Pontificis epistola ad  
omnes Fideles adversus Amadæum.*

Idem quoque Papa in forma cujusdam  
Bullæ aliam dedit epistolam ad omnes  
Christi Fideles, quæ tamen nonnisi duo-  
decima Decembbris scripta legitur. In Ibid. p. 1322.  
ea Amadæum appellat fautorum & ini-  
quitatis alumnū, dicitque, ne ejusdem fau-  
torum atque sequacium invalescente malitia  
furor hujus tempestatis invaleſcat, & ad si-  
milia animos aliorum inducat, præsertim in  
Regno Francie, cui vicina Sabaudia est &  
proxima, auditorate Apostolica Amadæo  
Ducatum Sabaudiæ omnemque hujus notorii  
schismatici, hæretici, excommunicati, &

Sæcul. XV.  
A. C. 1447.

*anathematizati terram confiscamus, atque  
confiscata Carolo Galliarum Regi vel ejus-  
dem Delphino primogenito Filio donamus.  
Postea cunctos adhortatur fideles, ut cum  
Rege aut Delphino contra Amadæum & se-  
quaces procedant, utque universi eo libentius,  
& animosius ad id currant, omnibus, qui  
in propriis personis, propriisque expensis  
processerint, plenam suorum peccatorum ve-  
niam indulget. Nihilominus hæc Bulla  
Amadæo nec profuit, nec obfuit; Rex  
enim mediis nonnihil mitioribus, minus-  
que violentis utendum ratus, Anno se-  
quenti hanc in rem Lugdunensem coe-  
git conventum.*

### §. CLVIII.

*Pontificis sollicitudo Alphonsum &  
Mediolanensem Ducem cum Floren-  
tinis conciliandi.*

*Quo tempore Eugenius fatis cesserat,  
Alphonsus Arragoniæ & Siciliæ  
Rex Tibur, propinqua Romæ civitate,  
morabatur, anceps animi, retrone cede-  
ret, an Florentinos bello persequeretur,  
quemadmodum antea cum eodem  
Pontifice defuncto, & Duce Mediola-  
nensi conventum fuerat. Ast Nicolaus  
quietis amans, pacem bello longe  
præferendam ratus, Cardinalem tit. S.  
Praxedis Ferrariam misit, ut illius con-  
filio,*